UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Aedificia claustralium, siue religiosorum debent esse honesta propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Bern. cito ueniam conſequitur. Et Berna-
dus. O felix humilitas pænitentium,
ò beata ſpes confitentium, quàm po-
tens es apud omnipotentem, quàm fa-
cile uincis inuincibilẽ, quã cito tre-
mẽdum iudicẽ cõuertis in piiſſimum
patrem, &c. Operis ſatisfactio; ſicut
faciebat publicanus, qui percutiebat
pectus ſuum, & ſic nos debemus per-
cutere pectus noſtrum, & redimere
Eccl. 7. peccata noſtra eleemoſynis. Eccleſia-
ſticus. Propurgate cum Paucis, &c.

Aedificia clauſtralium, ſiue reli-giosorum debent eſſe hone-ſta propter quatuor.

PRimo, quia mortui ſunt mun-
Col. 3. do, ideo potius deberẽt habere
ſepulcra quàm palatia. Apost.
dicebat. Mortui.n.eſtis & uita ueſtra
abſcondita eſt cum Chriſto. Secundo
quia ſolicitudo circa iſta ſolet ſequi
Bern. negligentiam. Vnde Bernar. quàm
bene dicit. Video ꝙ non ſine magno
dolore debent uideri quoſdam post
aggreſſam Chriſti militiam, rurſus te-
renis cupiditatibus immergi, ſecula-
ribus implicari negociis, cum magna
cura erigere muros, & negligere mo-
ros. Quid enim prodeſt habere tem-

pla & parietes deaurata, ſi deſit ſpiritus, & charitas, & humilitas, & alia bona? Act. Non enim habitat Deus in manu factis, ſed in pauperculis ſpiritu per gratiam requieſcit. Et Gregorius. Non prodeſt locus, ſi deſit ſpiritus. In his enim non delectatur Deus, ſed uult templa noſtra, ideſt animas noſtras ornari bonis operibus. Hier. Verum Chriſti templum, anima credentis eſt, illam exorna, illam ueſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe; quæ utilitas parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupere fame mori? Tertio, quia peregrini. Vnde D. Bernardus. Obſecro in peregrinatione huius ſeculi non ædificemus nobis domos ad habitandum, ſed tabernacula ad deſerendum, ut pote cito euocandi, & migraturi in patriam cæleſtem; in caſtris quippe ſumus, in alieno militamus, in alieno laboramus. Quartum propter bonum exemplum. humiles enim domus & pauperes frenant concupiſcentiam, & deberemus potius mirari in aſpectu cæli, quàm tecti, & potius mirari opera Dei, quàm opera hominum.

Act. 17.

Grego.

Bern.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN